

I. TABULA INSTITUTIONUM DIVI JUSTINIANI IMPERATORIS SACRATISSIMI, PROLEGOMENA ΔΙΔΑΚΤΙΚΑ ΕΤ ΟΡΕΚΤΙΚΑ exhibens, ex analysi Dialecticā PETRI CORN. BREDERODII JCTI Hagocomitani. pro discipulis nobilibus Wr. facta, à M. M. Cœlio. ANNO Xg. 1630. (Johan: Lippius, in canonibus studioforum. Typi & tabellæ memoriæ firmissimè imprimantur. can. 25.)

1. QUID VOCABULUM SIGNIFICET ET UNDE DERIVETUR. Vocabulum INSTITUTIONUM ab instituendo originem habet, Schneid. in præfat. num. 6. significat autem præcepta, quibus eruduntur homines in quolibet genere doctrinæ. de Valla lib. 4. Elg. cap. 11. Inter hæc duo INSTITUTIONUM & INSTITUTORUM vocabula differentiam hanc constituit, ita ut hæc ad mores, seu disciplinam: illud vero ad ipsa artis præcepta referatur. Esi autem discrimen hoc Doctissimi quig. probant: tamen in jure non est perpetuum; quis in allegandis libris alterum pro altero, promiscue usurpatur.
2. AN SINT INSTITUTIONES. Divus Justinianus immensi juris civilis difficultati remedium facturus, indictione septimâ imperij sui, hoc est Anno Christi 521. constitutiones eorum imperatorum, qui ab Adriano & Antonio Pio, in suam usq. ætatem summam rerum gubernarunt, in tres Codices Gregorianum, Hermogenianum, & Theodosianum digestas, in unam Codicem digestas, vocavit Justinianum, qui hodie non extat. Anno quinto post, nimirum indictione 12, immensa jurisconsultorum scripta, quæ in duo millia librorum & triecies centena millia versui propagata habebantur, 1.2. §. omnia de Vet. jur. enucl. in quinquaginta libros redegit. Pandectarum seu Digestorum nomē eis imponens, quod totius Jurisprudentiæ quasi quadam receptacula essent. Quibus peractis, tam à Codice, quam Pandectis hos quatuor Institutionum libros compilavit: Quos ante Pandectas in apertum referri curavit. Post indictione decimaterciâ, scilicet anno Christi 536. ad emendationem Codicis manum adnoluit, cumq. multis novis Constitutionibus locupletavit: & hunc Codicem nos in hodiernum diem usurpamus: Tandem Aurbeniorum librum, hoc est veteres seu novellas constitutiones, legum civilium colophonem seu columnam superaddidit. ex Wolfio in Proœmio inlit.
3. QUID SINT INSTITUTIONES seu DEFINITIO. Sunt erudita methodus legalis scientiæ ex Jure Gentium & Civilis per Tribonianum & alios Jurisconsultos auctoritate Justiniani Imperatoris exarata, quæ concionatur principaliter de Personis, Rebus & Actionibus: habere, vim legis aut naturalis aut positivæ, §. pen. in Proœmio inlit. & 1.2. §. has itaq. vers. nec. C. de vet. jur. enucl. Vel. SINT TOTIUS LEGITIMÆ SCIENTIÆ PRIMA ELEMENTA: in quibus breviter exponitur, & quod ante obtinebat, & quod postmodum defuetudine innumeratum principali remedio illuminatum est. Wolf. ex §. Igitur post in præm. Adde Schneidvvinum in præfat. num. 7. & 8.
4. QVÆ SINT PARTES seu PARTITIO. Numerantur inter partes quatuor Institutionum libri. Ac primus circa PERSONAS: [quas præcedunt principia & fontes juris, de quibus tradatur tit. 1. & 2.] Secundus & Tertius circa RES. Quartus circa ACTIONES versatur. Vid. David. Chytræi lib. de studio juris rectè inchoando. p. 176. & seqq.
5. QVÆ SINT SPECIES. Aliæ Institutiones juris sunt JUSTINIANI: Aliæ CAII & THEOPHILI, quæ & hodie extant: Aliæ ALIORUM.
1. Remota est, quæ & legum honestarum, & bonarum artium auctor existit. Hinc & in 1.2. §. de legibus. Omnis lex est inventio & donum DEI.
2. Propinqua est Imperator Justinianus, qui habuit potestatem condendi leges. Nam Justinianus Imperator, post gravissima bella, & res maximas armis gestas, etiam legum difficultates, quæ multitudine sua imperio graves, superare voluit. in Proœm. inlit. & Digest. 1.2. C. de Veteri jure enucl. Constitutione δὲ δὲ δὲ & aliis, quæ Pandectis præponuntur. Vide Schneid. in præfat. num. 1. CAUSA IMPULSIVÆ est ipsius Justiniani amor, quo studiis discendum consilium voluit. §. cumq. hoc Deo. INSTRUMENTALES CAUSÆ SINT THEOPHILUS, TRIBONIANUS & alij, quibus Imperator hoc negotium dedit.
1. IN QVÆ seu SUBJECTUM inhesionis est MENS capax doctrinæ legū. Omnis .n. disciplina, quacumq. tandem sub jove, pprie in animo est. Zabarel. lib. 1. apolog. c. 2.
2. EX QVÆ seu MATERIA. Postea verò discipline. accidit, ut sermone explicetur, & in scripturam referatur. Scalig. lib. 1. de caus. lat. ling. c. 2.
3. CIRCA QVAM seu OBJECTUM Institutionum, est triplex PERSONA scilicet, RES & ACTIO. Nam in explicatione horum trium objectorum, hi quatuor Institutionum libri absoluuntur, quod diligenter est observandum. Ludov. Gylhaufen in viridario juridico. c. 1. de personis. c. 2. de rebus. & c.
3. Forma. Est ipsa Methodus juris. Quia omnia serè quæ in quinquaginta ff. Digestorum libris extant, breviter hic comprehenduntur. Ordo est planè Dialecticus. Nam serè p. Methodi doctrinæ præcipuorum materia explicatur, ac in primo quidem libro PERSONÆ, quæ, ad personas pertineant. In secundo & tertio lib. RES. b. e. Acquisitio dominiorum, tam de jure gentium, quam de jure civili, item obligationes & contractus. In quarto verò libro ACTIONES, & quæ cum actionibus aliquam cognationem habent, recitantur, additis interdum exemplis majoris perspicuitatis gratia. Leg. Ludov. Gylhaufen J. U. D. viridarium juridicum.
4. Finis qui duplex. 1. Ut hæc qualiacumq. elementa sint aditus ad totius juris indagacionem. Quemadmodum in hanc sententiam prudenter inquit Justinianus Imperator in l. §. ideo C. de (vet. jur. enucl. 2. Ut Institutiones tam in foro, quam in schola, præsertim in materiis non connexis habeant vim legis Naturalis & Positivæ. l. §. penult.
1. HONESTAS. Habet enim hoc doctrinæ genus suam originem à D E O. Item multi hac ratione ad summam dignitatem in Repub. evehuntur. d. §. fin. hoc Proœm.
2. Ad Theologiam. Sacra .n. illustrantur prophetis: vel similitudine vel collatione quadam [ut dixit Basilus] antecedente tamen moderamine quo- (dam- 3. Ad Lectionem Poëtarum. 4. Ad Usus Dialecticum, vid. Dialect. JURIS exactiss. & absolutiss. Dn. Maria Stephani Jcti, pro theoricis & practictis. 5. Ad Fontes Ethicæ doctrinæ. 6. Ad Causas forenses. 7. Ad alia difficultiora studia juris rectius intelligenda & instituenda. 8. Ad querendum vitium & alia. Et hic pertinet quod leges neminem in paupertate vivere, nec in anxietate morisunt. Nov. de hered. & falc. in fin. consil. 1. Unde & vulgo dicitur: Dat Galenus opes & dat Justinianus honores Dat Galenus opes & sancto Justinianus Ex alijs paleas, ex istis collige grana. Quibus testimoniis confirmari discites oportet, ut consideratione tam honestatis, quam utilitatis in studiis juris superare conentur, implorato auxilio divino, & assidue adhibito.
1. Auxilium divinum. Absq. Deo .n. nihil unquam commodè geri potest. Novell. 164. de hære. in princ. Hinc Justinianus §. in præm. inlit. Deo amuente perfecimus. §. 2. quod celestis fulgore & summe Trinitatis favore confectum est. Et §. 3. Cumq. hoc, Deo propitio peractum est. Pb. M. Nullus est felix conatus & utilis unquā, consilium si non detq. jurvetq. Deus.
2. Mediocre ingenium. Ad omnem .n. habitum comparandum TRES requiruntur sociæ causæ: Φύσις, μέθοδος, & δόξα. 1. natum seu ingenium. 2. Doctrina seu institutio. 3. Usus seu exercitatio. Plut. in lib. de inlit. puerorum.
3. Aetas. Nam puerilis ætas nec scire nec discernere potest. l. pupillus. 9. D. de acquit. vel amit. hæredita. Taub. ad IV. Lysyrum: Lysere, MENTO qui puer: sed MENTE (vir. & c.
4. Libri. ὀργανον τῆς παιδείας & πῆξις, ἀδ. ἡ πῆξις τῶν βιβλίων δὲ, Plutarchi. Instrumentum eruditionis non est librorum possessio: sed eorum diligens lectio. Vid. consil. Acad. Alsted. tab. 55. de autorib. juris, & David. Chytræum in lib. de studio juris rectè instituendo.
5. Institutio profecta à fidelis præceptore. Præceptor namq. sit 1. sciens. 2. prudens. 3. diligens. Renec. in Clav. Theolog. p. 296. Sit in eo 1. notitia legum. 2. dexteritas & assiduitas. 3. affectus benevolus. B. Keck. in præcog. Philosoph.
6. Ordo. Benè dicitur: Ordinem esse animam studiorum: aut in gym. log. lib. 2. c. 12. de ratione benè discendi. Res in disciplinis & facultatibus, velut cadaver sunt sine Methodo. Methodus .n. anima est, & forma rerum. idem.
7. Sumptus. Pecunia quippè sunt NERVI STUDIORUM. In studiis opus est nummis. si quis caret illis, Eriget is nullo clara trophæa loco. Si quis fortè velit Jurisconsultus haberi, Continuet studium, velit à quocumq. doceri: Invigilet, nec vincat eum sortum laboris Fortior insurgat: cunctisq. recensor horis.
8. Assiduitas, quorum etiam mentio hic fit apud Angel.
1. Decalogus, seu leges morales, quatenus de externa disciplina præcipiunt.
2. Ethicæ doctrina. Hinc David Chytræus de studio juris rectè inchoando: ETHICA totius juris prudentiæ origo & fons est. Et: ubi desinit ETHICUS: ibi incipit JCTUS. Bred. tit. 1. de iustitia & jure: Cur Imperator ordiatur de JUSTITIA & JURE institutionum libros? Et Welsenbecius In orat. de studio juris inquit: Dux sunt aie juris prudentiæ: LOGICA & ETHICA. Jacob. Martin. in præfat. inlit. log.
3. Aliæ leges positivæ, quæ determinant alias circumstantias.
1. Veteres Ethicorum impia leges, ut est lex Scytharum, de devorandis parentibus senio confectis, item Laconica lex, qua licebat viro pacisci cum altero de ipsius conjugē.
2. Statuta contraria locorum.
3. Consuetudines, quæ sunt contra bonos mores. TANTUM! Plura desidentur, legat analysim Dialecticam. 4. libb. Instit. Imperialium Petri Corn. Br. Jcti. [Esi alterum pedem in tumulo haberem: non pigeret aliquid addiscere l. apud. 20. ff. de fideicommiss. libertatibus.] Δόξα θεῶν.



1699. Juni. 27.

27. 170.

2. TABULA DE IV. LIBRIS INSTITUTIONUM JUSTINIANI, PRO DISCIPULIS ET TIRO
Wr. à M. M. C. ANNO 1630.

1. De Justitia & Jure. Von Gerechtigkeit und Recht.
2. De Jure naturali gentium & civili. Von Natürlichem der Völker und Bürgerlichen rechten.
3. De Jure personarum. Vom Recht der Person.
4. De Ingenicis. Von den Freygeborenen/ oder denen die Freygeboren sein.
5. De Libertinis. Von Freygegebenen der Leibeigenschaft.
6. Quibus ex causis manumittere non licet. Auf was Ursachen nicht zugelassen wird Loß zugebe
Loßgebung nicht statt habe.
7. De Lege Fusia Caninia tollenda. Von dem Gesetz Fusia Caninia aufzuheben/ oder/ von der
Fusia Caninia genandt.
8. De his, qui sui vel alieni juris sunt. Von denen so ihres oder eines andern Rechts seind/ oder/ von
andern Rechts und Gewalts seind.
9. De Patria potestate. Von Väterlicher gewalt.
10. De Nuptiis. Vom Ehestande/ oder/ von der Ehe und Heyrathen.
11. De Adoptionibus. Von Kindtschaffen/ oder/ annehmungen/ an Kindes statt.
12. Quibus modis jus patriae potestatis solvitur. Auf was weise das Recht Väterlicher gewalt auf
auß Väterlicher gewalt kompt.
13. De Tutelis. Von Vormündtschafften.
14. Qui testamento tutores dari possunt. Welche im Testamente zu Vormünden mögen gesetzt od
15. De Legitima agnatorum tutela. Von Rechtmäßiger Vormündtschafft der Schwermagen
16. De Capitis diminutione. Von Standes veränderung/ oder von der Kleinierung und verringer
17. De Legitima patronorum tutela. Von Rechtmäßiger Vormündtschafft der Schutvdäter oder
18. De Legitima parentum tutela. Von Rechtmäßiger Vormündtschafft der Eltern.
19. De Fiduciaria tutela. Von Treuhätlicher Vormündtschafft.
20. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur. Vom Vormünder der vom A
neken mach

Liber 1. habet
viginti sex[26]
titulos quorū

84000/24



in
ju 1990